Fragmentarium

Vidi coniunctos viros habentes splendidas vestes et angelus domini locutus est ad me dicens. Isti sunt viri sancti amici dei. ℟ Vidi angelum dei fortem volantem per medium celi voce magna clamantem et dicentem. Isti sunt. In ii nocturno aña Scuto bone voluntatis tue coronasti eos domine Ps Verba. aña In universa terra gloria et honore coronasti eos domine Ps Domine dominus. aña Habitabunt in tabernaculo tuo requiescent in monte sancto tuo Ps Domine quis habitabit. Versiculum Exultent. ℟

Hic lectiones legantur de sanctis Crispino et Crispiniano. Lectio

Tempore quo Diocletianus et Maximianus imperatores tyrannica dominatione persecutiones in christianos excitaverunt, multique ... et Crispinianus qui quodam cum militibus aliis ab urbe Roma in Gallias pro dei amore et evangelice predicationis instinctu abierant, in urbe Suessionica ubi nunc a populis amici habentur morabantur. Ibi cum diu in studio evangelizandi permanerent, Rictiovarus prefectus angustior crudelissimus carnifex illuc adveniens tormentis eos variis affectos rupi everte studuit. Sed domino suo protegente et iuvante nichil valuit. Sicque glorioso martirio regna celestia intraverunt.

Isti sunt viri ℟ Perierunt sancti quos elegit dominus in caritate non ficta et dedit illis gloriam

Fragm. lat. 98

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK LEIPZIG

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 98, 1v – Breviarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-i752/206/2857)